Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31662
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



ficat. Quando manducatur reficit. s. non defi
cit. Non ergo timeamus fratres manducare istum
panem. ne forte finiamus illum. quia postea quod man
ducemus non inueniamus. Manducetur xpc. ui
uit manducatur. quia surrexit occisus. Hec
quando manducamus. partes de illo facimus. Et
quidem in sacramento sic fit. quia non fideles quem
admodum manducent carnem xpi. Unusquisque ac
cipit partem suam. unde et ipsa gratia partes uo
cantur. Per partes manducatur. quia manet in
teger totus. Per partes manducatur in sacramento.
quia manet integer totus in celo. manet in
teger totus in corde tuo. Totus erat apud
patrem. quando uenit in uirginem. Impleuit
illam. nec recessit ab illo. Veniebat in car
nem. ut eum homines manducarent. quia mane
bat integer apud patrem. ut angelos pasce
ret. Quod enim sciatis fratres. quia qui scitis quia qui nesci
tis. scire debetis. Quando xpc factus est homo.
panem angelorum manducauit homo. Unde quo
modo. quia uia. quibus meritis. quia dignitate panem
angelorum manducaret homo. Ex sermone

Hoc quod uidetis [illegible] ad infantes ad
inaltare dei. et in sacta nocte uidistis. alta
Sed quid esset quod sibi uelit. quam magne rei sacra re
mentum contineret. non dum audistis. Quod ergo ui de
distis panis est et calix. quod uobis et oculi sac
uri renuntiant. Quod autem fides uestra postu mento.
lat instruenda. panis est corpus xpi. calix
sanguis. Breuiter quidem hoc dictum est. quod fidei
forte sufficiat. sed fides instructionem desi
derat. Dicit enim propheta. Nisi credideritis. non in
telligetis. Potestis ergo modo dicere mihi. Prece
pisti ut credamus. expone ut intelligamus.
Potest enim in animo cuiusquam cogitatio talis obori
ri. Dominus noster ihc xpc. nouimus unde accepit
carnem. De uirgine MARIA. infans lac
tatus est. nutritus est. creuit ad iuuenilem eta
tem perductus est. a iudeis persecutionem passus
est. ligno suspensus est. in ligno interfectus est. se
pultus est. tercio die resurrexit. quo die uoluit
ascendit in celum. illuc leuauit corpus suum.
unde est uenturus ut iudicet uiuos et mor
tuos. ibi est modo sedens ad dexteram patris. Quomodo

est panis corpus eius. et calix. ut quod habet calix. quo
modo est sanguis eius. Ista fratres ideo dicuntur sacra
menta. quia in eis aliud uidetur. aliud intelli
gitur. Quod uidetur. speciem habet corporalem. quod in
telligitur. fructum habet spiritualem. Corpus ergo xpi si uis
intelligere. apostolum audi dicentem fidelibus. Vos
estis corpus xpi. et membra. Si ergo uos estis
corpus xpi et membra. mysterium uestrum in mensa
positum est. mysterium uestrum accipitis. ad id
quod estis. amen respondetis. et respondendo
subscribitis. Audis ergo corpus xpi. et respon
des. amen. Esto membrum corporis xpi. ut uerum
sit amen. Quare ergo in pane. Nichil hic de
nostro asseramus. ipsum apostolum iterum audiamus.
Cum ergo de isto sacramento loqueretur ait. Unus pa
nis. unum corpus multi. Intelligite et gau
dete. Unitas. pietas. ueritas. caritas.
unus panis. unum corpus multi. Recolite enim
quia panis non fit de uno grano. sed de multis.
Quando exorbitabamini. quasi molebami
ni. quando baptizati estis. quasi conspersi estis.
Quando spiritus sanctificationem accepistis. quasi cocti
estis. Estote quod uidetis. et accipite quod
estis. Hoc apostolus de pane dixit. Iam de cali
ce quid intelligemus. et non dictum satis osten
dit. Sicut enim ut sit species uisibilis panis
multa grana in unum conspargunt. tamquam illud
fiat quod de fidelibus ait scriptura sancta. erat
illis anima una et cor unum in deum. sic
et de uino fratres recolite unde sit uinum. Gra
na multa pendent ad botrum. sed liquor gra
norum in unitatem contunditur. Ita dominus ihc xpc
nos significauit nos ad se pertinere uoluit.
mysterium pacis et unitatis nostre in sua
mensa consecrauit. Qui accipit mysterium unita
tis. et non tenet uinculum pacis. non mysterium
accipit pro se. sed testimonium contra se. Nulli
est aliquatenus ambigendum. tunc unumquemque fide
lium corporis sanguinisque dominici participem fi
eri. quando in baptismate membrum corporis xpi
efficitur. nec alienari ab illius panis calicis
que consortio. et si ante quam panem illum comedat
et calicem bibat. de hoc seculo in unitate cor
poris xpi constitutus abscedat. Sacramenti quippe il